Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/321488

THESES
JURIDICAE INAUGURALES.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HERM. JOH. ROYAARDS,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

NICOLAUS CORNELIUS LAMBRECHTSEN,

MEDIOBURGENSIS,

AD DIEM XXI MENSIS JUNII ANNI MDCCCXLIX, HORA II.

LUGDUNI-BATAVORUM,

APUD H. W. HAZENBERG ET SOCIOS.

MDCCCXLIX.

EX TYPOGRAPHEO D. DU MORTIER ET FIL.

THESES.

I.

In lege 68. D. de procur., legendum est, invito procuratore dominus *petere non potest.*

II.

Lex 3. D. pro legato non obstat l. 3. D. pro suo.

III.

Matrimonium jure nostro per procuratorem initum, nullos omnino producit effectus, si is qui suo nomine matrimonium inire mandaverit, tempore nuptiarum mortuus jam fuerit.

IV.

Probamus distinctionem quae jure Francico obtinuit quoad facultatem petendi divortium ob adulterium inter maritum et uxorem.

V.

Distinctio inter bonae et malae fidei possessionem in titulo de possessione occurrere non debuerat, quum in summa possessionis nil referat, juste quis an injuste possideat.

VI.

Praecepto art. 878 etiam tum locus est, quum duo quorum alter alterius heres est, mortui sunt neque eodem die neque eodem casu, modo ignoretur uter utri supervixerit.

VII.

Pugna est inter art. 954. et art. 991. C. C. coll. art. 1000 eod.

VIII.

Qui veniam aetatis impetravit, exsecutor testamentarius esse prohibetur.

IX.

Custodis hypothecis inscribendis praepositi, non est inquirere, utrum ille qui ad radiatio-

nem hypothecae dat consensum, ad hoc facultatem habeat, sed tantummodo utrum instrumentum quo consensus datur, sit authenticum.

X.

Cicatricum et deformitatis in aestimando damno per vulnerationem illato, jure nostro habenda est ratio.

XI.

Debitum civile cum debito naturali compensari nequit.

XII.

Difficile dictu est quid in art. 1482. significet *ipso jure* nullum.

XIII.

Errat vir Cstus. de Pinto, quum statuit sequestrem sibi possidere.

XIV.

Art. 1918 N°. 2. C. C. mala versio est art. 1331 N°. 2. C. Nap.

XV.

Id quod statuitur in art. 1547, valet tantummodo de actione redhibitoria, non de exceptione, qua emtor venditorem pretium petentem repellit.

XVI.

Quod statuitur in art. 96. al. 3. C. Merc. de nautis aliisque qui merces ipsi transvehunt,

non est extendendum ad illos qui aliis res transvehendas committunt (expediteurs).

XVII.

Praeceptum art. 776. C. Merc. ideo videtur improbandum, quod nullum tempus ipsius donationis factae continet.

XVIII.

Peregrinus condemnatus qui provocat a sententia contra se lata, judicatum solvi cavere non cogitur.

XIX.

Ministerium publicum sententiam suam in judicio proferre non cogitur, quum agitur de rationibus a tutore pupillo pubertatem egresso reddendis.

XX.

Interruptio praescriptionis in causis poenalibus locum quidem habere potest, alia tamen ratione quam quae obtinet jure civili.

XXI.

Qui rem inventam domino petenti reddere recusat, non incidit in poenam furti, quale describitur in art. 379. C. Poen.

XXII.

Poenae infamantes sive opinionis vituperandae sunt.

XXIII.

Omnino videtur probandum quod lege fundamentali nunc patefacta est via, qua pe-

regrinus ad optimum jus civitatis pervenire possit.